

Her Majesty in Council against the approbation of the said Statutes or any part thereof.

*Arthur Helps.*

**ADDENDA TIT. IV.**

Placuit Universitati

Stat. Tit. IV, Sect. I, § 22 abrogare, et hæc quæ sequuntur subrogare.

§ 22. De Professore Philosophiae Experimentalis.

1. Professor Philosophiae Experimentalis eligatur a Vice-Cancellario, Collegii Wadhami Gardiano, Professore Sedleiano, Professore Chemiæ Waynletiano, et Professore Astronomiæ Saviliano; et si forte contigerit ut gardianus Collegii Wadhami sit Vice-Cancellarius jus suffragii in electione habeat Vice-Cancellarii deputatus senior.

2. Professor, præter summam triginta librarum in ejus usum a Nathanièle Barone Crewe episcopo Dunelmensi legatam, et summam centum librarum, secundum Stat. Tit. IV, Sect. III, pendendam, libras etiam centum et septuaginta e cista academica quotannis percipiat.

3. Professor quotannis per sex menses in Universitate incolat et commoretur, inter decimum diem Octobris et primum diem Julii sequentis.

4. Physicæ experimentalis quasque partes tractet Professor; nempe: mechanicam, pneumaticam, opticam, thermoticam, electricam, et magneticam; et quasvis alias partes quæ per experimenta commodè illustrentur.

5. Legat professor quotannis duas lectionum series in duobus discretis terminis, scilicet per sex septimanæ in utroque termino, et bis ad minimum in una quaque septimana; atque insuper per octo septimanæ unius alicujus termini bis ad minimum in qualibet septimana per unius horæ spatum vacet instruendis auditoribus in iis quæ melius sine ulla solemnitate tradi possunt; discipulorum profectum quaestionibus statim enucleandis ad examen revocet, et in exercitationes, si ipsi ita libuerit, domi in scriptis tractandis proponat.

6. Quod si professor insigniter negligens in officio suo, vel notabiliter insufficiens fuerit, vel si pravis moribus academiam dedecoraverit, vel si statutis ad ipsum spectantibus morem gerere recusaverit, Vice-Cancellario rem proponente, prius conventus, auditus (si ipsi libuerit), et convictus, admoneatur, vel etiam, si aliter malo occurri non possit, a munere suo moveatur per Vice-Cancellarium et delegatus appellationum in Congregatione, aut majorem partem eorum.

7. Si evenerit ut professor ad tempus valetudine impediatur quominus officio suo fungatur, aut si ei necesse fuerit præscripto legendi tempore propter causas urgentes et Vice-Cancellario approbatas extra Universitatem morari, ei deputatum idoneum et Vice-Cancellario probatum, qui professoris muneribus durante infirmitate aut absensia fungatur, nominare liceat; id quod exigere poterit Vice-Cancellarius, si sponte professor in hac parte statuto non satisficerit.

8. Si professor senio, morbo diurno, incurabili impotentia, aut debilitate vel animi vel corporis fractus, sua professioni perficienda non sufficerit, virum, secundum ea quæ in hoc statuto decernuntur idoneum, qui professoris muneribus fungatur, hebdomadali concilio, rem proponente Vice-Cancellario, nominare liceat.

9. Si quando deputatus innumeribus professoris fungatur determinet concilium hebdomadale quantum ex professoris emolumentis deputato persolvendum sit.

10. Ne alia quapiam professione eodem tempore fungatur professor, nec munus observatoris

Radclifftiani, nec officium prælectoris alicujus in quovis collegio publice legentis cum munere suo conjungat.

11. Si quid statuerit academia de materie, numero aut tempore lectionum de rationibus docendi, et de auditoribus examinandis, id obseruat quicunque tum erit professor.

De Statuto hoc rogando, re mature perpensa, consensit Concilium Hebdomadale die undevicesimo mensis Februarii. Promulgatum est idem Statutum in Domo Congregationis die vicesimo septimo ejusdem mensis Februarii, et in eadem Domo die octavo mensis Martii probatum; tandem in Convocatione publicatum et confirmatum die decimo sexto ejusdem mensis Martii, anno Domini MDCCCLXVI.



L. S.

**ADDENDA TIT. IV.**

Placuit Universitati hæc sancire.

Placuit Universitati Professionem Chemiæ a Georgio Aldrich, M.D., institutam supprimere et abolere; emolumenta autem quibus hodie dotatur, nempe summam centum viginti novem librarum et decem solidorum e pecuniis à Fundatore ipso legatis provenientem, et summam centum librarum e cista Universitatis, secundum Stat. Tit. IV, Sect. III, pendendam in apparatus Chemicum, vel in Demonstratoris vel Demonstratorum stipendum, prout Delegatis Musei Academicis visum fuerit, nomine Doctoris Aldrich semper conservato, erogare.

De Statuto hoc rogando, re mature perpensa, consensit Concilium Hebdomadale die quinto mensis Martii promulgatum est idem Statutum in Domo Congregationis die octavo ejusdem mensis Martii, et in eadem Domo die decimo sexto ejusdem mensis Martii probatum; tandem in Convocatione publicatum et confirmatum die vicesimo tertio ejusdem mensis Martii, anno Domini MDCCCLXVI.



L. S.

AT the *Council Chamber, Whitehall*, the 19th day of June, 1866.

By the Lords of Her Majesty's Most Honourable Privy Council.

PRESENT,

Mr. Monsell.

Mr. Bruce.

WHEREAS by an Act passed in the Session of the eleventh and twelfth years of Her present Majesty's reign, chapter one hundred and seven, intituled "An Act to prevent until the first day of September, one thousand eight hundred and fifty, and to the end of the then Session of Parliament, the spreading of contagious or infectious disorders among sheep, cattle,